

num · non propter illam facis homicidiū · non propter illam falsum iuras · non propter
 illam xp̄m negas · Et quod non propter illā facis haec · xp̄m habes in fundamento ·
 Sed tamen quia diligis illam · et contristaris si perdas illam · super fundamentum
 posuisti · non aurum aut argentum · aut lapides preciosos · Sed ligna fenum stipulā ·
 Saluus ergo eris cum ardere coeperit quod aedificasti · sicut tamen quasi per ignē ·
 Nemo ergo super fundamentum hoc edificans adulteria · blasphemias · sacrile-
 gia · idolatriā · peruriam · et putet se saluum futurum per ignem · quasi
 ista sint ligna fenum stipula · Sed qui aedificat amorem terrenorum ·
 super fundamentum regni caelorum · id est sup̄ xp̄m · ardebit amor rerū
 temporalium · et ipse saluus erit per idoneum fundamentū · Inimici dñi
 mentiti sunt ei · dicendo · eo aduineam · et non euendo · et erit tempus eorū ·
 non ad tempus · sed in aeternum · Et quis sunt isti · **E**t cibauit illos ex adipe
 frumenti · Nostis adipe frumenti · unde cibantur · multi inimici qui mentiti
 sunt ei · Et cibauit illos ex adipe frumenti · Miscuit eos sacramenta sua · Et iude
 quando dedit buccellam ex adipe frumenti cibauit · et inimici dñi mentiti
 est ei · et erit tempus eius in aeternum · Et cibauit illos ex adipe frumenti ·
 et de petra melle saturauit eos · Ingratos · cibauit ex adipe frumenti ·
Et de petra melle saturauit eos · In heremo de petra aquā produxit · non
 mel · Mel sapientia est · primatū dulcoris tenens in escis cordis · Quam ergo
 multi inimici dñi · mentiti sunt ei · cibantur · Non solū ex adipe frumenti ·
 sed etiā de petra melle · de sapientia xp̄i · Quā multi delectantur uerbo eius ·
 et cognitione sacramentorū eius · solutione parabolarū eius · quā multi delec-
 tantur · quā multi clamant · Et non hoc mel · de quo libet homine · sed de pe-
 tra · Petra cuius erat xp̄s · Quā multi ergo satiantur de melle isto · Clamant ·
 dicunt · suauē dicunt · Nihil melius · nihil dulcius · uel intellegi uel dici po-
 tuit · Et tam inimici dñi mentiti sunt ei · Nolo amplius immorari in reb ·
 dolendis · Quamquā terribilis psalmus adhuc finitus sit · tam a fine eius ob-
 scuro uos recurramus ad exp̄m · Exultate dō ad uictorinrō · conuersi ad dñm ·
EXPLICIT DE PSALMO LXXX · INCIPIT POST UERBUM ·